quasi tediū habeat audiendo cōmendacōes ꝓprias· et ideo in sacris scriptis noui testamenti nō leguntꝰ cōmendacōes bte v̓ginis n̄ tantū supradicte que a nobis de necessitate credende sūt· huilitas eius etiā exprimitꝰ ut ex ea possimꝰ sumē racionē quare laudes eiꝰ in scriptis sacris subticentꝰ ut dictū ē· vnde concepcio uel natiuitas seu mors ipsiꝰ· In quibus magna miracula contigisse pie credi debet nō narrantꝰ in canonicis scriptis ne ex tali narracōe ipi v̓gini gl'ose que tunc in humanis viuebat et ea que in sacris eloquijs scribebantꝰ eā nō latebant· fastidiū seu tediū generaretꝰ rōe predicta· Concepcō tamē et natiuitas baptiste et huiōi narrantꝰ in euangelio eo ꝙ i ꝓpheticis scriptis antiq̄ testamenti de p̄cursore xp̄i expsse agitꝰ ut ysaie· xl· et malachie· iij· et in alijs locis et sic oportebat ꝙ scripturaꝝ implecōꝫ de ipis euāgelista testaretꝰ· nec etꝰ de Johanne licet sctissimo ē necessario credendū ꝙ ad gradū huilitatis heroyce sicut beata v̓go attigerit·

¶ Capitulū terciū in quo discipulꝰ arguit contra quedam que in p̄cedenti capit'lo a mḡro fuerūt tradita· ad que magister in eodem respondet et tollit p̄mam āmiracionem·

Discipulus·

LIcet q̄ꝫ dulcia faucibus meis sūt eloquia tua· adhuc tn̄ desidero ampliꝰ informari de hijs que circa āmiracionē meam ꝓposuisti· dixisti ꝙ huilitas heroyca nō patitꝰ sine fastidio seu tedio laudē suā audire quod apud me ē mirabile· deꝰ eni cuiꝰ v̓tutes excedūt heroycas· Sūt eni exemplares ut tu doces· videmꝰ tn̄ ꝑ sacr̄s scripturas eū debē laudari· dicit ei psalmista· Sacrificiū laudis honorificabit me Et alibi· Semꝑ laus eiꝰ in ore meo· Idem etiam in psalmo· semꝑ hortatꝰ hoīes ad dei laudē cum dicitꝰ· laudate dn̄m oīs gentes· Item laudate pueri dn̄m et huiōi· Quō ergo deum laudamꝰ debite et meritorie cuiꝰ huilitas est sūma et exēplaris· qui cū esset infinitꝰ ⁊ immortalis· huiliauit tn̄ seipm̄ formam serui accipiens in silitudinē hoīm factus ⁊ habitu inuentus ut hō ⁊cꝰ phil'· ij· capit'lo· Si eni deo cuiꝰ huilitas est inmensa et ineffabilis laus vocalis placet qui etiam corda hoīm scrutatꝰ· In quibꝫ vera et potissima laus ꝯsistit· et qui ex suis laudibꝫ ab hoībꝫ ꝓlatis nō potest ad meliora ꝓuocari cum sit immutabilis et optimꝰ quo nō est dare melius neqꝫ

equale · quō ergo de bt̄a v̓gine nō fuerūt laudes in sacris scri
pturis ꝓferende cui⁹ ꝑfectões seu v̓tutes q̄ntūcūq3 magne
et int̄ puras creat̄as maxie · semꝑ tñ citra ꝑfectionē xp̄i sūt
extimande · Jtē ip̄a v̓go gl'osa seip̄am legit̄ ꝯmendasse · Jp̄a
enī de seip̄a dicit · Respexit huilitatem ancille sue · qȯ ad ma
gnā laudē ꝑtinet · cū huilitas ꝓut tu dixisti sit fūdamentū
oīm v̓tutū · Jtē dicis ꝙ oportebat q̄dā gesta baptiste ī euāge:
lio narrari ut implecōz eoꝝ q̄ ī ꝓphetiis scriptis de p̄cursore
xp̄i p̄nunciata fuerūt testaret̄ euangeliū quod dictu mirabi
le est ī oculis meis · nūquid dicendū est ꝙ de bt̄a v̓gine nichil
fuit p̄nosticatū in ꝓphetiis eloquijs sic̄ de baptista · absit · De
ip̄a legit̄ ysaie · vij · Ecce v̓go concipiet · Et egrediet̄ virga
de radice yesse ysa · xj · capitl'o · Et q̄zplurima q̄ in libro can:
ticoꝝ de sponsa dicunt̄ de ip̄a p̄apue intelligunt̄ iō pari rōe
et forciori ea que de ip̄a bn̄dicta p̄nūciata fuerāt antiquit⁹
in nouo testamēto testari debuissēt fuisse impleta ea rōe qua
de baptista ꝑ te sup̄ dictū est · placeat ergo ȯ istis me ampli⁹
illuiare · Magister · Circa hoc qȯ obicis de dei laude q̄
etiā vocalit̄ facta in scriptis ꝯmendat̄ scire debes ꝙ licet deus
q̄ntū ad suā essenciā que incomp̄hensibilis est a nobis ⁊ in:
effabilis · maior est enī omī laude ut ecc̄ · xliij · capitl'o · Silit̄
et laudū nr̄aꝝ sic̄ nec bonoꝝ non indiget ut in psalmo · nec
ꝑ ip̄as laudes ip̄i aliq̄d de nouo inotescit nec accrescē possit
Omia enī sūt nuda et apta ante oculos eius hebr̄ · iiij · laus
tñ eius etiā vocalis est ꝑutilis nobis ad multa · tum ut nos
metip̄os silr ⁊ alios audientes ad ei⁹ reuerenciā inducam⁹ ·
nr̄os affect⁹ ⁊ etiā audienciū in deū excitantes · vñ cū dixissz
psalmista · Semꝑ laus ei⁹ ī ore meo · subdit audiēt mansue:
ti et letent̄ · tum ad retrahendū affect⁹ nr̄os et audienciū ab
hijs que sūt cont̄ deū · vñ ysaie · xlviij · Laude mea refrena:
bo te ne intereas · et sic de laude dei nll'm incōueniens sequit̄
sz comoda sp̄ūalia ut p̄dicta ⁊ alia multa q̄ inde sequuntur ·
Secus est de laude hoīs puri et̄ ꝑfectissimi qui sūmā huilitatē
heroycā ꝯsecut⁹ est · qui dū in hac vita existit et fragilitatez
humanā ꝑfecte cognoscit ⁊ ꝑfectōz diuinā quantū possibile
est in hac vita apprehendit laudes ꝓprias audire non patit̄
ut de beata v̓gine supra dictū est · Ad 2ᵐ vero quod obicis de
illo verbo · Respexit humilitatem ancille sue · Ex quo infers
ꝙ beata v̓go saltem seip̄am de v̓tute humilitatis laudauit ·

Dicendū q̄ humilitas absq; alia v̄tute non est commendanda seu laudanda ut integra v̄tus· sic enī fundamentū in edificō corpali par ul' nichil valet n̄ addat' aliquid etiā supedifica tū· Sic sentiendū est de humilitate que fundamentū est v̄tutū ut dictū est sup quā nisi alie v̄tutes supedificent' humilitas sola modica seu nulla laude est digna· Et ideo beata virgo in qua erat plenitudo gracie et per ꝯsequens virtutū solam humilitatē testat' se habere· non aūt alias v̄tutes supedifica-tas quas īdubie habuit cū plena gr̄a fuit· Et circa p̄dictū verbū vlteri⁹ notandū est q̄ humilitatē illam quā beata v̄go se fatetur habere innuit esse remunerandā non ex dignitate seu cōgruēcia ipsi⁹ humilitatis s; solū ex accepcōe diuina· dixit enī· Respexit humilitatē ancille sue· i· q· d· humilitas mea nō ex seipa digna fuit remuneracōe· s; quia deus eam respexit · i· acceptauit eo modo quo dicit' geñ· iiij· Respexit domin⁹ ad abel ꝛ mun⁹ suū· Et iō in p̄dictis verbis bene intellectis beata v̄go potius cōmendat accepcōē diuinā q̄; humilitatē suam· Ad terciū vero quod obicis q̄ de beata v̄gine debuissēt testari in nouo testamēto fuisse impleta ea que antiquitus fuerūt p̄nūciata pari rōe et forciori sicut de Johāne baptista fuerant tradita ea ī euangelio que de eo prenūciata fuerūt· Dicendū q̄ illa que in veteri testamento exp̄sse de beata virgine fuerūt tradita ut est v̄ginitas cum cōceptu et ptu ysa· vij· Sil'r ꝛ q̄ esset de radice yesse et de stirpe dauid ut ysaie· xj· Ista sil'r tradunt' exp̄sse in nouo testamento vbi ei⁹ virginitas et maternitas xp̄i· et descens⁹ xp̄i de genē dauid exp̄sse tradunt'· Cetera ūo v̄tuosissima que ī veteri testamēto non exp̄sse s; figuratiue seu enigmatice tradunt' de ptinentibus ad ip̄am in canticis canticoꝝ et sil'ib⁹ subticent' seu pret-mittunt' ī nouo testamento eo q̄ apl'i et euangeliste fuerūt ei contemporanei· et cognoscebant q̄ sūma humilitas sua a talib⁹ attediaret' narracōib⁹ ut dictum est· postremi ūo qui post apl'os et alios ꝯtempaneos scripserūt q̄;plurima gl'osa et magnifica tradiderūt de ea puta q̄ iam in celo est assūpta et similia que ad laudem dei et exemplū salutifeꝝ aliorū narrant' et grata et acceptabilia sunt·

¶ Capitulū quartū in quo discipul⁹ repetit scd̄am ammiracionem· ad quam mgr̄ in eodem r̄ndet eam soluens in quo capitulo quedā declarant' ptinencia ad genealogiā xp̄i &c.

p̄mo contentam· Discipulus·

SVfficiūt michi p̄dicta ad p̄mam mei āmiracionē
tollendā· sȝ peto ut ꝓcedas ad scd̄am sub qua dupli-
cem āmiracionē tibi ꝓposui· quaꝝ vna fuit de hoc ꝙ
Joseph in euangelio exprimit̄ fuisse de domo dauid· de beata
tū̄ virgine non sic exp̄mit̄· Ad quā ammiracōȝ tollendam
sufficiūt michi p̄dicta· Nam cū̄ esse de domo dauid est quod-
dam excellens quod humilitas sūma seu heroyca quā beata
v̄go in hac vita attigit nō paciebat̄ audire· Idcirco fuit in
euangelio non exp̄sse traditū̄· licet tacite intelligat̄· In hoc
enī quod dicit̄ Mathei p̄mo· Ex qua· s· maria natus est ih̄s
qui vocat̄ xp̄s· Et in p̄ncipio hui⁹ capituli cum legit̄ de xp̄o
ꝙ filius dauid est· necessario sequit̄ ꝙ maria ꝑ quā xp̄s ſm
carnem immediate descendit sit de domo dauid· p̄supposito ꝙ
maria concepit non ex virili semine· sȝ ex v̄tute spūs sancti
ꝓut exp̄sse tradit̄ a matheo eodē capit̄lo ubi dicit̄ q̄d enī in
ea natū̄ est ex spū̄ sancto est· Sed hoc intelligit̄ argumentati-
ue· non exp̄sse rōne sup̄dicta· Et licet de hac ammiracione
michi sit satisfactū̄· adhuc remanet michi scd̄a in hoc loco
Cur matheus euangelista genealogizauit ioseph de quo xp̄s
nl̄lo modo descēdit· neqȝ ei⁹ genealogia facit ad genealogiā
xp̄i· et tamen p̄termisit genealogiā virginis in qua funda-
mentū̄ tocius genealogie xp̄i a dauid descendentis cōsistit et
de hoc peto a te plane doceri· Magister· Ammiracio
enī tua rōnabilis est· In glo· enim nr̄a sup̄ hunc locū̄ dicit̄·
Quid ad xp̄m generacio ex dauid deducta a Josep· cum xp̄s
non ex semine Joseph sit· Et licet huic q̄ōni seu āmiracioni
in eadem glo· respondet̄ ꝙ non est ꝯsuetudo scriptraꝝ ut ordo
mulierū̄ in generacōib⁹ texet̄· hoc tū̄ non videt̄ valere· eius
enī contrariū̄ inuenit̄ in scripturis· nam p̄mo paliꝑ· ij· ca-
pit̄lo· In genealogia yesse interponunt̄ ml̄ieres· s· saruia ⁊
abigail· a quibus ꝯtter genealogia texit̄ ut ibidem patet·
Qua rōe· et alijs quibusdā que hic cā breuitatis omittunt̄
solucio p̄dicte glose quā multi expositores sequunt̄ ad tuā
āmiracionē tollendā non sufficit· Sed sup̄ hoc videt̄ vlterius
aliquid dicendū̄· ad cui⁹ euidenciam p̄supponendū̄ est ꝙ filius
ꝓut in paternis bonis succedit multipliciter possit dici· Et
quantū̄ ad ꝓpositum spectat dupliciter· Primo enī dicit̄ filius
ſm generacōȝ naturalē ſm quam de sb̄a patris fili⁹ generat̄

quiquidē filius isto modo genit⁹ plerūqʒ succedit patri tam
in bonis natalibus corporis ut in bona habitudine seu com
plexione ut de gigantib⁹ legit̄ gen̄ · vj · q̄ʒ etiā in bonis aīe ·
plerūqʒ enī s̄m naturalē inclinacōʒ ꝓut · s · aliquod corpus ī
diuiduū est tali aīe ꝓporcionatū sequunt̄ alique v̓tutes na-
turalit̄ s̄m inchoacōʒ et aptitudinē ꝓut in p̓ma scd̄e · q · lxiij
Et in talib⁹ filij natales sepe succedūt ꝑentib⁹ · vn̄ Cassiodo-
rus in quadā ep̄la · laudabilis vena suā s̄uat originē · Scd̄o
modo dicit̄ filius alicui⁹ etiam ille quē non genuit naturaliter
modo p̄dicto sed tantū s̄m famā publicam et cōem ꝑplī esti
macionem dicit̄ talis patris filius · quod contingit cum vxor
parit filiū quē latent̄ non ex marito habuit sʒ ex alio viro · re
putat̄ tn̄ in ꝑplo sine contradictōe sui mariti fili⁹ · qui quidē
fili⁹ · s · putatiu⁹ · licet in bonis natalib⁹ non habeat naturalit̄
succedē tali p̄ri ficto · succedit tn̄ sibi ciuilit̄ · nō solū in bonis
fortune que sūt minora ut in diuicijs sʒ etiam in nobilitate
seu generis claritudine que magis desiderabilia bona apud
magnanimos sūt q̄ʒ diuicie ut in p̓ma scd̄e articl̄o · ij · Que
quidē successio patet ꝑ iura ciuilia seu cōem genciū ꝯsuetudi
nem · Quib⁹ p̄suppositis sit tibi in ꝓposito p̓ma conclusio ꝙ
ꝑ scrutiniū scripturaꝝ de xp̄i genealogia loquenciū patʒ ꝙ xp̄s
habuit esse filius dauid ⁊ abrahā s̄m verā generacōʒ natalē
p̓mo modo dictā · legit̄ enim gen̄ · xxij · abrahe fuisse dictum
Et benedicent̄ in semīe tuo om̄s gentes terre · quod ad gal̄ ·
iij · exponit̄ de xp̄o · Similit̄ et ad dauid dicit̄ in psalmo · De
fructu ventris tui ponā sup̱ sedē tuam · De vtraqʒ enī p̄dicta
v̓ba non vere dicerent̄ de filio putatiuo · s · qui tn̄ s̄m pub-
licam famā esset alicui⁹ filius talis enī non diceret̄ de semīe
eius nec de fructu ventris sui ut est manifestū · Scd̄a vero cō
clusio sit ista ꝙ descensus xp̄i ab abrahā ⁊ dauid s̄m natalē
generacōʒ sufficient̄ tradit̄ quantū ad fideles euangeliū fide-
lit̄ recipiētes ꝑ matheū in p̓mo capitl̄o sui euangelij dicentē
liber generacōis ih̄u xp̄i filij dauid filij abraham · Etiam si
mathe⁹ de genealogia xp̄i nichil ampli⁹ seu extensius tra-
didisset · quod sic patet · Nam ex solis istis v̓bis manifeste
testat̄ euangelista ih̄m xp̄m a dauid ⁊ abrahā ꝑ veram gene
racionē naturalem descendisse quod est sufficiens testimoniū
apud fideles veritatē euangelicā indubie recipiētes · licʒ enī
filius dicat̄ etiam ille qui tn̄ s̄m famā publicā est filius ut

dicitur in scdo psupposito supdicto · generari tamen seu generacio
nunq̃ȝ dicitur nisi de filio naturaliter generato · vñ cum dicit lib
generacōis ihu xpi maīfestū est q loquitur de genealogia que
est p viam generacōis · Non aūt de illa genealogia que sm
famam tm̄ est · Si aūt contra hoc dicas q licet apud fideles
pdictus titulꝰ sufficiat · apud infideles tamē quia euangeliū
negant uel de ipsiꝰ veritate dubitant · pdictus titulus non
sufficiat · Concedo tibi quod ꝓponis · Sed attende q apud infi-
deles euangeliū non recipientes · non solū titulꝰ mathei sȝ
etiam tota genealogia xpi p matheum cōiter tradita non
sufficiat ad pbandū q xpus a dauid ⁊ abrahā descendit · tales
eni cum sint a fide euangelioꝝ alieni totā illam lineā nega-
rent nisi forte hebrei qui non aucte euangelij sȝ aucte veteris
testamenti aliquā ptem genealogie mathei habent recipe · s ·
usqȝ ad zorobabel et huiōi et non vltra · Nam apud eos de
ceteris autentica historia non habetur · vnde sicut apud infideles
non sufficiat illa narracio extensa que in euangelio de genea
logia xpi traditur ad verā genealogiā eius naturalem osten-
dendam · Sic apud fideles sola verba tituli mathei sufficiunt
ad hoc fundandū · vnde augꝰ · contra faustū xpm non esse fili-
um dauid asserentē · eo q non ex Joseph conceptꝰ est · ad quē
seriem genealogie pro ducit sic ait · Sic ergo nos credimus
etiam mariā fuisse in cognacōe dauid quia scriptis credimꝰ
que vtrumqȝ dicūt · s · xpm ex semine dauid sm carnē ⁊ eius
matrem vginem mariā esse hec augꝰ. Tercia conclusio q
conueniens fuit ut xpus etiam sm publicā famam sm quā
filius Joseph putabatur a dauid descendē crederetur . et ut talis
descensus licet putatiuꝰ in euangelijs traderetur · Quod sic pro
batur · Nā hoc fuit conueniens ad fideliū in cōi xpm suo tempe
recipienciū ordinatā instructōȝ · Nam cognicōȝ fidei cōiter ī
hoib; oportuit ab impfecto ad pfectū ꝓcedere ut in scda scde
· q · pma articulo · vij · Et ideo xps prius fuit cognitus etiam
apud electos sub rōe saluatoris in cōi q̃ȝ cognosceretur esse deꝰ
⁊ homo · Jn pma eni vocacione aploꝝ Joh · pmo · Andreas
dicebat inuenimꝰ messiam · i · xpm quod est nomen cōe alijs
multis · vnde in psalmo · nolite tangē xpos meos · Sȝ postea
Mathei · xvj · capitlo · xpo intrrogante suos aplos · vos queȝ
me esse dicitis · Petrus respondit tu es xps filius dei viui ·
Ex quo patet q pus sequebantur ipsum tanq̃ȝ xpm anteq̃ȝ

cognoscerent ei⁹ deitatem vlterius etiam apl'is tanq̄z minus
plene informatis de ydemptitate diuinitatis in patre et filio
eisdem dicebat Joh̄·xiiij·Tanto tempe vobiscū sum et nō
cognouistis me·qui videt me videt ꝛ patrē meū·Similiter
et pari rōne prius xp̄s fuit cognitus q̄i esset fili⁹ Joseph q̄z
cognosceret̄ esse sine p̄re in terris·vnde non solū apud emu:
los qui xp̄m spernētes dicebāt·Nōne filius fabri ē Mathei·
xiij·Sed etiā apud discipulos simplices et cognatos cōiter
filius Joseph reputabat̄ anteq̄z misteriū sancte v̓ginitatis
marie essꝫ apud eos cognitū·euangelista eni in ꝑsona taliū
dicebat luce·ij·Non cognouerūt parentes eius·Nec solū
hoc sꝫ etiā nathanael qui ꝭm glo·peritissim⁹ scriptaꝝ erat cū
audiuit a philippo Joh̄·p̓mo·Quē scripsit moyses in lege
ꝛ i ꝓphetis inuenim⁹ Jhesū filiū Joseph a nazareth·nō fuit
admirat⁹ de hoc q̄ xp̄us esset filius Joseph sꝫ de hoc q̄ a naza
reth esset·dixit eni a nazareth potest aliquid boni esse·Non
enim dixit non potest esse fili⁹ Joseph cum adhuc deitatem
xp̄i non cognoscebat sꝫ de loco nazareth admirabat̄·de beth:
leem eni expectabat̄ apud eos messias ꝭm illud michee·v·
capit'lo et tu bethleem terra Juda·Et quod ampli⁹ est ip̄a
eadē beata virgo misterij diuini suꝑ oīs consciā istū modū
loquendi obſuabat dicens·Ego et p̄r dolentes querebam⁹
te luce·ij·Ex quib⁹ habet̄ q̄ ad instructōez fideliū in cōi qui
xp̄m in mundo venientē receperūt cōueniens mod⁹ fuit ut
eis p̄ūtaret̄ xp̄s prius sub rōe messie filij dauid sine reuela:
cione misterij deitatis sue et v̓ginitatis m̄ris q̄z q̄ eis a p̄ncī:
pio oīa ista archana reuelarent̄·Sic eni ꝓcesserūt ab imper
fecto ad ꝑfectū qui est modus homib⁹ in cōi generalis·fuit
etiā iste modus ꝯueniens ad refutandos infideles precipue
hebreos qui ex stirpe dauid tm̄ saluatorē expectabāt·Si eni
tales rōnabilit̄ ignorassent xp̄m a dauid descēdisse p̄sertim
cum cōis fama ꝛ ppl'i estimacio testarent̄ oppositū tunc tales
redderent̄ excusabiles·nō enim ip̄i tenebant̄ cognoscē verā
generacōz naturalē xp̄i ꝭm quā a dauid descendit·talis eni
generacio a longissimo tp̄e descendens non est cognoscibilis
nisi ꝑ diuinā reuelacōz·Cōueniens igit̄ modus fuit ut xp̄s
ꝭm publicā famam a dauid descendisse ī euangelio traderet̄
ut sic ip̄m recipe refutantes·saltem sub rōne saluatoris in
cōi inexcusabiles essent·Xp̄s enim intendebat inobediētes

inexcusabiles reddē ut habet̄ Joh· ix· Et ista sufficiant tibi ad p̄ns ꝓ tua āmiracōe tollenda· Si tñ vis de p̄dictis et de alia genealogia x̄pi que habet̄ luce· iij· que nō est naturalis neq; putatiua s; adoptiua· vide in quadā addicōe sup̄ capitulū mathei p̄dictū vbi de hijs plene poteris informari·

¶ Capitulū quintū In quo discipulꝰ repetit suam terciam ammiracionem ad quam magister ibi respondet·

Discipulus·

Sufficiunt michi ad p̄ns ista que circa genealogiam x̄pi a matheo traditā declares· Et licet genealogia a luca tradita que valde diuersa est ab illa quā matheus scribit· quia tñ me remittis ad addicionē tuā ad p̄ns omitto vlteriꝰ ꝓponens ad illā addicionē recurrē· peto tamē ut ad meā terciam āmiracōz ꝓcedas tollendā· valde enī animū meū pulsat· s· quō x̄pus qui non ad legem soluendā sed ad implendā venit ut mathei· xij· capitl'o· Sc̄tissimā mr̄em suā quam sūme honorasset vocando eam mr̄em hoc tñ p̄termittens solūmodo mulierē eam legit̄ vocasse ut sup̄ in capitulis p me allegatis patet· mulier aūt est nomen cōe ꝑtinēs ad mulierē quamcūq; etiā peccatricem· vnde luce· vij· Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix· Magister· Cꝫ aūt x̄pus obseruasset p̄ceptū de honoracōe parentū non solū erga matrē que erat vera et sc̄ta parens· s; etiā erga Joseph qui erat parens s̄m publicā famam tñ manifestū est· legit̄ enī luce· ij· capitl'o de x̄po· Et erat subditꝰ illis· In tali enī subiectōe principalit̄ consistit ꝑentū honor· vnde deutro· xxj De filio contumace ꝛ ꝓteruo legit̄ ꝙ non audiuit vocē p̄ris nec mr̄is· vñ p locum ab oppositis filiꝰ ille vere honorat parentes qui est oīno subditus illis· Racio aūt quare non vocabat suā beatā mr̄ez nisi noīe mulieris tñ potest assignari ꝯformit̄ ad p̄dicta· Nam s̄m phm in· viij· ethicoꝝ· hoīes qui volūt honorari testificacōz sue excellēcie querūt· ad huilitatem aūt beate v̄ginis heroicā de qua sup̄ diximꝰ non ptinebat querē testimoniū sue excellencie p̄sertim respectu x̄pi Nomē enī p̄rnitatis uel mr̄nitatis nō importat excellenciā nisi respectu filij illiꝰ patris seu mr̄is· Manifestū est aūt ꝙ huilitati v̄ginis gl'ose nll'o modo placēt ꝙ vocaret̄ tali noīe ꝙ ipsiꝰ excellenciā sonaret respectu filij sui· s· veri dei s; poaꝰ

vocari tali noīe quod magnā excellenciā filij respectu ipsi⁹
mrīs designaret · vnde ⁊ angelo salutanti et ꝑnunciāti ei ꝙ
erat paritura filium cui⁹ regni non esset finis Rn̄dit · Ecce
ancilla dn̄i · ancilla enī est nomē non sonans excellenciā sed
pocius defectū respectu dn̄i · vnde xp̄us ista totalit̄ sciens ut
pure ⁊ plene matri obediret vocabat eam illo nomīe quod
magis sibi placere sciebat ·

¶ Capitulū · vj · in quo discipul⁹ replicat cont̄ responsiōez
magistri · ad quod mḡr sufficient̄ respondet concludens ex su
pra dictis ꝙ magnā deuocōz oportet ut habeant fideles circa
virginem gloriosam · Discipul⁹ ·

SAtis essem contentus de responsione tua supdicta n̄
ꝓpter vnū quod videt̄ michi tue responsiōi obuiare
Manifestū est enī ꝙ de beata v̓gine iā in celo assūpta
totus orbis terraꝝ in suis laudib⁹ et excellencijs frequenter
clamat · i tm̄ ꝙ de ea possum⁹ simplicit̄ dicere ꝙ laudis eius
plena est terra · non enī solum honorat̄ et laudat̄ apud fide-
les · ſ; etiam apud infideles de singulari sctītate cōmendat̄ ·
Jn illo enim libro qui dicit̄ Alchoran⁹ · Jn quo ꝓphana lex
machometi continet̄ memini me legisse ꝙ in oīb⁹ hominibus
habuit aliquā ptātem sathan ꝑterq̄; in ihū et matre eius ·
Ex quo constat ꝙ etiā apud sarracenos beata v̓go reputari
dicit̄ sancta · Jn quodā etiaz libello apocripho apud hebreos
qui intitulat̄ liber generacōis ihū nazareni · non tamen ſc̄m
Matheū · Jn illo enī libello multa falsissima et absurda cō-
tinent̄ contra xp̄m et ei⁹ discipl'os · de beata tn̄ v̓gine matre
ei⁹ quā falsissime dicūt concepe ex adultero eo ꝙ cum essz de-
sponsata Joseph ex quodā adultero concepat · ibidez ꝯtinet̄
ꝙ hoc factum fuerat ipā omnino nesciente quia erat mulier
sancta et in adulterium nunquam consensisset · Et sic veri-
ficatur ꝙ ipā ꝑdixit in suo cantico · beatam me dicent oīs
generacōes · non solū enim generacō rectoꝝ · s · fidelium eam
dicunt et ꝑdicant btīssimā ſ; etiā generacio praua ⁊ exaspe-
rans · s · Judeoꝝ et sarracenoꝝ ipām dicūt vere esse sanctam
ut dictū est · Quero igit̄ a te ut m̄ indices quō humilitas
beate v̓ginis patit̄ ꝙ totus mund⁹ i suis laudib⁹ ꝓrumpat
et ipām sup oīs creat̄as glorificat cum in vita sua ut di-
xeras oīa talia sibi displicebāt · Non enī videt̄ michi ꝙ
tanta varietas circa beneplacitū beate v̓ginis posset ꝯtingere

ñ quia aut ignorat illa que in hoc seculo ad suũ honorez et
laudẽ frequentant᷑ seu celebrant᷑ aut quia humilitatẽ quam
in hac vita habebat que erat magna seu maxĩa v̇tus ut ꝑ
te dictũ est iam in illa vita licet ꝑfectiori nõ habet · aut q̇a
honoracões iste que ꝓ sua reuerencia fiunt ipsi v̇gini gl'ose
non placent sicut nec alias placebant · quodlibet aũt istorũ
vid᷑ michi valde incõuemens · et iõ peto ut aliquid ċca hoc
vlterius m̃ declares · Magister · Nullo modo est sen
ciendũ ꝙ bt̃a v̇go iam in celis assumpta et glorificata igno
ret ea que hic fiũt in honore suo nec ꝙ ei talia displiceant ·
In illo enĩ statu de⁹ erit omnia in oibus · i · ad chorinth · xv ·
vnde quilibet beatus oĩa videt in deo p̃sertim que ad suã bea-
titudinẽ ul' ad humanã salutẽ ꝑtinent · Sil'r in eodẽ statu · s ·
glorie om̃es beati ɔformabũt voluntatẽ suam deo nõ solum
materialiter sed etiam formalit᷑ ut in ṗma scd̃e · q · xix · Sz
an v̇tutes morales de quib⁹ est humilitas maneant post hãc
vitam · Circa hoc diuersi diuersa senserũt · Quidã enĩ phoꝝ
antiquoꝝ posuerũt ꝙ v̇tutes morales post hanc vitam non
manent · vñ et phs in · x · ethicoꝝ dicit ꝙ ridiculũ est ponere
in angelis v̇tutes morales · hoĩes aũt beati assimilant᷑ ange-
lis ut habet᷑ Mathei · xxiij · doctores tñ nostri de veritate ma-
gis illuĩati tenent ꝙ huiõi v̇tutes quo ad aliq̇d manẽt et q̃
ad aliq̇d non ut aug⁹ in · xiij · de trinitate · Manent enĩ quo ad
ordinẽ rõis et vim appetitiuã que erũt rectissime in hijs q̃ ad
illũ statũ ꝑtinent · non aũt manent q̃ntũ ad hoc qḋ est in eis
mat̃iale · s · ad concupiscencias ⁊ delectacões ciboꝝ ⁊ huiõi re
frenãdas nec etiam timores · nec audacie circa ꝑicula mortis
nec etiã distribucões · nec coĩcacões reꝝ que veniũt in vsum
p̃ntis vite in vita beata sũt · manent igit᷑ q̃ntũ ad id quod
in eis est formale ut in ṗma scd̃e · q · lxvij · Ex quib⁹ in ꝓposi
to circa humilitatẽ dicendũ est ꝙ humilitas in beata v̇gine
non manet post hãc vitam q̃ntum ad istũ actum qui est vi-
lescẽ seip̃am · quod ꝑtinz ad huĩlitatẽ hui⁹ vite ut sup̃ tactũ
est · Quilibet enĩ beatus videns se diuine glorie ꝑticipem · nullo
modo potest se vilescere q̃nto magis v̇go beata que sup̃ om̃s
sctõs hac ꝑticipacõe gaudet · Sed q̃ntum ad hoc quod ẽ de rõe
huĩlitatis · s · ymis adherẽ ꝓut ysider⁹ in libro ethimologiaꝝ
dicit · aliquid manet in patria sic̃ enĩ deus ut in psalmo licet
in altis habitat huĩlia tñ respicit sic ⁊ scti licet sint i gradu

beatitudinis excelsi · sūt tamen humiles · ymis ī hac vita existentib⁹ ad herendo pro eis deū dep̄cantes · vn̄ de beata v̄gine senciendū est q̄ sicut in hac vita cognoscens defectū nature humane maximā huīlitatē habuit seip̄am vilificando et se ancillā cum esset regina maxima reputando sic ī statu gl'e maximā huīlitatē habet int̄ ceteros beatos circa xp̄m ī adherendo ymis · s · peccatorib⁹ ī hac vita contritis et de suis p̄cibus deuote cōfidentib⁹ · Et ideo tenendū est q̄ sibi placent oraciones humiliū pro quib⁹ etiā continue deū intp̄ellat · Ex quibus bene ꝯsideratis excitari debet in quolibet fideli magna deuocio erga veneracōȝ ⁊ obsequiū v̄ginis gloriose · prudentes nāq̄ȝ viri tali dn̄o consueuerūt ꝓmpta mente obsequia p̄stare quē estimāt seu credūt esse ꝓmpcius paratū ad eorum peticiones audiendas ⁊ eis subueniendo in suis necessitatib⁹ Sil'r hoc est credendū esse in ip̄a v̄gine gloriosa rōe sue huilitatis beate quā cotidie ecclesia exp̄it̄ q̄ respicit orōnes humiliū et non repulit p̄ces eoꝝ · vnde te exhortor discipule q̄ ad eam recurras laudē eius semꝑ habens ī ore tuo et eam fidelit̄ in necessitatib⁹ inuocando · Nunq̄ȝ enim ut ait bernhardus ī quodā sermone fidelit̄ inuocatam reperies defuisse ·

Capitulū septimū In quo discipulus ponit quandā aliam admiracōȝ que sibi videt̄ circa hoc quod non legit̄ ip̄am visitasse sepulchrum xp̄i sicut de mulierib⁹ ⁊ de quibusdam ap̄l'is legit̄ · ad quod ibidē a magistro respondetur ·

Discipulus ·

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua · Et quia a mandatis tuis dulcissimis intellexi ut meā deuocōȝ ad gloriosā v̄ginem dirigam tota mente · deo dante hoc sequi intendo · Sed adhuc volo a te de quibusdā ad ip̄am v̄ginem gloriosā ꝑtinentib⁹ illuīari et specialit̄ circa ea que tempꝫe resurrectionis gesta sūt · Circa que p̄mo in corde meo versat̄ admiracio quedā que talis est · Estimo enī q̄ nullus sane mentis qui fidem catholicā corde et ore ꝓfitet̄ dubitare habet q̄ virgo gloriosa filio suo xp̄o quē concepit et in suis sacris visceribus portauit qui ⁊ eius vbera suxit deuocior fuit q̄ȝ ceteri sancti quicunq̄ȝ sint · Sȝ video q̄ signa sue deuocōis erga xp̄m hoc non ostendūt p̄sertim post passionē suā et tp̄e sue resurrectōis · legim⁹ enī q̄ mulieres que xp̄m sequebant̄

et spe̅cialit̃ magdalena post passionē monumentū xp̄i visi-
tare frequentabant et ei obsequia sibi possibilia offerebant·
discipuli etiā licet nondū ita firmit̃ credētes misteria passio
nis ⁊ resurrectōis sibi alias a xp̄o p̄nosticata· auisati tamē
aliqualit̃ a mlīeribꝫ de xp̄i resurrectōe tūc ipsi cum magno
feruore ad ip̄m sepulcrū pgebant ut patet de petro et Johe·
Joħ· xx· capitl'o· De beata tn̄ virgine non legimus ꝙ xp̄m
post passionē neqꝫ eiꝰ monumentū querebat neqꝫ legit̃ ꝙ ip
sum monumentū xp̄i aliq̄ndo visitasset · qd̀ magna admi-
racōe dignū puto rōe iam dicta· Magister· Nullo
modo dubitandū est ꝙ beata v̀go deuocior fuit ip̄i xp̄o q̄ꝫ aliꝰ
quicūqꝫ sit· tum quia eiꝰ caritas in qua radix tociꝰ meriti cō
sistit indubie excedit alioꝝ caritatē sicut et p̄miū eius alioꝝ
p̄mia excedit· Cantat enī ecclesia· Exaltata est maria super
choros angeloꝝ Caritas enī seu dilectio est causa pxia deuo
cionis et immediata ut in scd̄a scd̄e· q· lxxxij· tum quia eius
meditacio assidua erat ⁊ frequens circa misteria redempcio-
nis humane· in quibus beneficia dīna circa genꝰ humanum
maxīe ꝯsiderant̃· legit̃ enī de ea luce· ij· Maria aūt ꝯs̃uabat
oīa verba hec ꝯferens ea in corde suo· tales aūt meditacōes
ignē diuine caritatis accēdūt· iuxta illud psalmiste· In me
ditacōe mea exardescet ignis· tū quia m̃rnalē dilectōꝫ erga
filiū tenēdū est i ea ñ defecisse· vñ ysa· xlix· Nūq̇d obliuisci
pt̃ mulier infantē suū quinymo credendū ꝙ m̃rnalis dileccō
que est a nat̃a in eadē ex plenitudine gr̃e reddita sit perfec
cior· gr̃a enī pficit naturā· Ex quibꝫ patet deuocōꝫ beate vir
ginis maiorē esse seu pfectiorē ad xp̄m q̄ꝫ alioꝝ scōꝝ· nec ob
stat illud de quo miraris· s· ꝙ tantā deuocōꝫ p signa exterio-
ra tp̄e resurrectōis nō ostendit sicut sc̃e mlīeres ⁊ discipuli
et huiōi· Et hoc ꝓpter duo· p̄mū quia ut dionisiꝰ dicit libro
de diui· no· Amor diuinꝰ extasim facit qd̀ itelligit̃ de amore
dīno pfecto sic̃ credit̃ fuisse in beata v̀gine q̄ntū in statu vie
possibile fuit· Non aūt de quibuscūqꝫ diligentibꝫ deū seu in
caritate exñtibꝫ· p extasim aūt homo est p excessū mentis ex̃
statū suū· Et iō bt̃a v̀go tp̄e resurrectōis p̄sumenda est fuisse
tam incensa in amore dīno ꝙ esset i extasi posita· ⁊ q̄i a cor-
poralibꝫ quodāmodo alienata· ⁊ iō de istis exerciciis corpalibꝫ
ad que mlīeres sc̃e· et discapl'i ex deuocōe concurrebat non
curabat· occupata vehemenciꝰ i intrinseca deuocōne et dīno

amore · 2º quia ad v̓ginalē pudiciciā ptinꝫ secreta dĭna non ore ꝓnunciare sꝫ corde custodire et in eo de eis conferre · vnde sup̱ illud verbū euangelij supͣdictū · Maria aūt ꝯſuabat ⁊c̄ Beda sic dicit ī omelia v̓ginalis pudicicia secta xp̄i q̄ nouĕat nemī diuulgare volebat sꝫ ꝯferebat in corde suo · nō ore pro- mens sꝫ clausa seruans in corde · hec ille · Ex quo patet ꝙ ad modestiam pudicicie v̓ginalis statꝰ non ptinebat deuocionēꝫ suā erga xp̄m p̱ signa exteriora ostendē sed pociꝰ in corde suo clausa ſuare ·

¶ Capitulū · viij · In quo ꝓponit̃ a discip̄lo alia admiracō specialit̃ circa hoc ꝙ non legit̃ xp̄m v̓gini ipsi gl̓ose misisse angelos ad annunciandū suā resurrectōꝫ sicut misit mľieri- bꝫ et discipľis · Ad quod rn̄det̃ a mḡro ibidē declarando ali- qua que ptinent ad excellenciam fidei beate v̓ginis ·

Discipulus ·

Sufficiaūt michi p̄dicta ad p̄dictā meam ādmiracionē sedandā · Sꝫ adhuc aīm meū pulsat vnū aliud · vi- deo enim ꝙ xp̄o resurgente suis discipulis et sanctis mľieribꝫ resurrectōꝫ suam p̱ angelos denūciasse · vnde marcí · xvj · dicite discipľis eiꝰ et petro ⁊c̄ quia p̄cedet vos ⁊c̄ · et Ma thei · xxviij · Ite ānūciate fratribꝫ meis ut eant ī galileā ibi me videbūt ⁊ huiōi quod videt̃ michi maxīa admiracione dignū · Nunq̄d resurrectio xp̄i pocius expectabat̃ a frībꝫ q̄ꝫ a mr̄e · frībꝫ enī nunciare mittebat suā resurrectōēꝫ · nō autē mr̄i quā credendū est intensiꝰ ⁊ ardenciꝰ suam resurrectōꝫ ex- pectasse ceteris oībꝫ iam dictis · Magister · Si bn̄ cō- sideras gl̓osa v̓go et discipľi xp̄i different̃ expectabāt resur- rectōꝫ xp̄i post eiꝰ passiōꝫ · Ad quod attendē debes ꝙ sicut in moralibꝫ v̓tutibꝫ humilitas habet̃ vt fundamentū ut ex sup̄ dictis ex sn̄ia aug̃ patꝫ · Sic ī theologicis v̓tutibꝫ fides ē ꝑpe eaꝝ fundamentū ut habet̃ scd̓a scd̓e · q · iiij · ar · vij · Ex quibꝫ duobꝫ fundamentis bt̄a v̓go commendata est in scripturis · vn̄ de illa circa hoc dicit̄ p̱ illud psalmi fundamenta eius in montibꝫ sc̄tis · licet enī illa montes sc̄tos v̓tutū alcius q̄ꝫ ce tere creat̃e ascendit de solis tam̄ fundamētis commendat̃ in scriptis rōe sup̱ius tacta · De huilitate enī p̱ illud verbū res pexit huilitatē ancille sue ⁊c̄ ut iam sup̄ expositū est · De fide aūt cōmendat̃ p̱ iº v̓bū elizabeth luce p̄mo capitľo · bt̄a que credidisti qm̄ p̱ficient̃ inte oīa que dicta sūt tibi a dn̄o · Ex

quib⁊ v̉bis que elizabeth repleta spū sc̄to ꝓtulit ōn̄dit· ꝙ fi-
des v̉ginis gl'ose tanti meriti fuit ut illa que dicta sunt ei
a dn̄o ꝑ angelū uel etiā ꝑ intrīsecam reuelacōz ul' inspiracōz
in actu ꝑficerent̄ in ea· Quod quidē meritū si bene cōsideret̄
excedit meritū cuiuscūqz creat̄e· Includit̄ enim in hijs que
dicta sūt beate v̉gini ab angelo totū redempcōis hūane mi-
steriū ut patz bene intuenti v̉ba angeli ad mariā dicentis·
Hic erit magnus ⁊ fili⁹ altissimi vocabit̄· dabit ei dn̄s deus
sedē dauid pr̄is ei⁹ ⁊ regnabit in domo Jacob ineternū ⁊ re
gni ei⁹ non erit finis luce p̉mo capit'lo· Et vltra hec rōna-
bilit̄ p̄sumendum est ꝙ etiā alia misteriosa archana reuela-
ta fuerūt a d̉o imediate ip̄i v̉gini gl'ose p̄ter illa que dicta
sūt ei ab angelo· Elizabeth enī nō dixit ꝑficient̄ i te oīa que
dicta sūt tibi ab angelo sꝫ que dicta sūt tibi a dn̄o· In quo
satis innuit̄ quod dictū est· non tn̄ scriptr̄a facit mencōz ex-
p̄ssam de hijs que imediate fuerūt dicta seu inspirata a deo
ip̄i v̉gini gl'ose sꝫ solū de hijs que dicta sūt ab angelo· Ni-
miꝝ nam de paulo legit̄· ij· Corinth· xij· ꝙ audiuit archana
v̉ba que nō licet hoī loqui quod nō min⁹ sencīēdū est de hijs
que reuelata fuerūt bt̄e v̉gini imediate a deo qn̄ xp̄m men
te et ventre ineffabilit̄ concepit· Hoc tamē quod dictū est de
merito fidei beate v̉ginis sane intelligendū est· sic· s· nō quia
beata v̉go ꝑ fidē meruit de condigno deū incarnari· Hoc enī
est sup̄ om̄e meritū· sꝫ q̇a ꝑ gr̄am fidei et huilitatis sibi datā
meruit ut congrue posset esse mr̄ dei· In quo misteriū hūa-
ne redempcōis quodāmodo includit̄· Et isto modo intelligit̄
quod ecclesia cantat de ip̄a virgine gloriosa ꝙ meruit xp̄m
portare· s· de congruo tm̄· Ex quib⁊ cū alijs ad hoc ꝑtinentib⁊
ꝯsid̉atis maīfeste reꝑies ꝙ sic̄ fides bt̄e v̉ginis fuit sūma int̄
om̄s fidē habentes ut patz ꝑ meritū fidei ip̄i⁹ sup̄dictū· Sic
fides discipulorū xp̄i de ei⁹ resurrectōe ante ei⁹ ascensionē et
eoꝝ ꝯfirmacōz fuit valde modica· legit̄ enī Marci· xvj· capi-
tulo de xp̄o In die ascensiōis apparuit illis ih̄s et exprobra-
uit incredulitatē eoꝝ ⁊ duriciā cordis· quia hijs qui viderāt
eū resurrexisse nō crediderāt· et luce· xxiiij· legit̄· quibusdā
discipulis ei⁹ in die resurrectōis euntib⁊ in emaus dixisse O
stulti ⁊ tardi corde ad credendū in oīb⁊ que locuti sūt ꝓphete·
vnde patet ꝙ tunc discipuli non solū erāt increduli quo ad
testes q̇ de xp̄o resurgente testabant̄· sꝫ etiā respectu scriptr̄aꝝ

que hoc antea ꝓphetabant· vnde et eorū spes de resurrectione xp̄i debilitata erat valde· legit̄ eni q̄ p̄dicti duo discipuli dicebant luce capitulo supdicto· Nos aūt sperabam⁹ quia ip̄e esset redemptur⁹ israhel· Ex quo patet q̄ eoꝝ spes non erat ꝑfecta sicut nec fides· non sic credendū est de beata v̄gine cui⁹ fides tanta fuerat ut ꝑ eius meritū de congruo omnia ꝑficerent̄ in ea· Jlla enim tam certa erat de resurrectōe xp̄i ꝑ suā fidem ꝑfectam· q̄ non oportebat eam cerciorari ꝑ angelicam ānunciacōꝫ· nec ꝑ mulieꝝ attestacōꝫ· Et iō rōnabile fuit ut ei non mitterent̄ angeli· ⁊ multomin⁹ mulieres ad denunciandū seu testificandū de xp̄i resurrectōe· Nam ut aiūt Juriste Certus cerciorari non debet· Secus autem est de apl'is qui etiam post attestaciones mulierū ⁊ etiā angelicas reuelacōes et alia signa sensibilia et scripturaꝝ testimonia de incredulitate arguebant̄ ut patet ex dictis· vn̄ ⁊ de bt̄a virgine circa resurrectōꝫ xp̄i ꝓprie dicit̄· beati qui me non viderūt ⁊ crediderūt Joh· xx· sic̄ de apl'is illo tempore quodāmodo icredulis potest verificari illud Joh· iiij· capit'lo nisi signa et ꝓdigia videritis non credetis·

¶ Capitulū nonū Jn quo ponit̄ a discipulo alia admiracio de hoc q̄ non legit̄ xp̄m apparuisse v̄gini gloriose in sua resurrectōe cum tamen de apparicōne ad mulieres et discipl'os fiat pluries mencio· ad quod in eodem a mgr̄o respondet̄·

Discipul⁹

Adhuc circa p̄dicta restat vnum quod valde animū meum pulsat· et est hoc· posito enim q̄ beate virgini non fuisset necessaria vlterior certificacio de resurrectōe xp̄i ꝓpter eius ꝑfectam fidē s̄m quam resurrectionē xp̄i certissime credebat prout docuisti et est veꝝ· Cum hoc tamen stat q̄ visio xp̄i presertim in corꝑe glorioso fuisset sibi maxime delectabilis sp̄ūaliter· De ipsis eni apl'is quorū fides et etiā spes pro tunc tepescebat ut supra ꝑte ostensum est legit̄· Gauisi sūt discipuli viso dn̄o Joh· xx· capit'lo· quanto igit̄ forcius credendū est gauisā fuisse matrē que filium suū in cruce pendentē cum maxīo dolore cor ipsius penetrante viderat si ip̄m in corpore glorioso resurgentē vidisset· non tamē in tota euāgelioꝝ serie legit̄ xp̄m sue matri gloriose post resurrectiōꝫ apparuisse· neqꝫ eam ip̄m vidisse· quod non modica admiracione dignum estimo· presertim cum premium fidei

correspondens·est visio Juxta illud psalmiste sicut audiui=
mus·s·per fidem ita vidimus·Cum igitur ſm te et verum
est fides beate virginis maxima fuit inter omnes sctos·Sic
etiam ad ipam pertinet xp̄m vidisse tempore resurrectōis in
corpore glorioso perfectius et alcius q̄3 ceteri quod tamē non
legit̄ de quo valde admirandū videt̄· Magister· Ver3
est q̄ visio beatifica succedit fidei sic̄ et apprehensio spei ⁊ frui=
cio caritati prout doctores tradūt·hoc tamē intelligit̄ de btīs
in statu glorie existentib3 ubi p̄mia soziunt̄ correspondent̄
ad virtutū merita·Sed in hoc casu beata virgo nec apostoli
nondū erant in terminis vite gloriose s3 adhuc in via·vn̄
visio xp̄i tempore sue resurrectōis non fuit data apostolis
et mulieribus et huiōi in premiū sed pocius dabat̄ eis ad ex=
citandā eorū fidem·ut p eam vlterius mererent̄·Quequidē
visio non requirebat̄ isto modo ad perfectionē virginis glo
riose·que fidē perfectā iā habebat ut dictū est· Qd aūt dicis
q̄ talis visio licet non requireret̄ ei ad fidei excitacionem seu
confirmacō3·erat tamen oportuna ad gaudiū et consolacō3
spūalem in ea causandā·Ad hoc dicendū q̄ si talis visio ad
maiore3 pfectionem v̄ginis gloriose in hac vita existentis·
ul' etiam ad maiorem ipsi⁹ consolacō3 spiritualē reqrebat̄·
nichil phibet concedē q̄ xp̄us ei apparuit tempe resurrectōis
in corpore glorioso·quod etiam nōnulli asserunt ut pat3 de
autore libri qui flos sanctoꝝ nominat̄ qui asserit xp̄m appa=
ruisse v̄gini gloriose tempore resurrectōis·ad quod aliquas
rōnes assignat·nec obstat q̄ de hoc nichil in sacris euange=
lioꝝ historiis cōtineat̄·dictū est enim supra q̄ mlta gesta ad
dignitatem v̄ginis gloriose ptinencia fuerunt ptermissa in
sacris scripturis ppter ipsi⁹ sūmam humilitatē ſm quā ista
non placebant publicari ut iam dictū est·Et si bene consi=
deras tam perfectio fidei virginis gloriose q̄3 impfectio fidei
aploꝝ ⁊ aliorum qui xp̄m post resurrectionē viderūt ad eccle
sie erudicionem seu vtilitatem proficiunt·

¶ Capitulū·x·In quo ostendit̄ q̄ tam pfectio fidei v̄ginis
gloriose circa resurrectionē xp̄i q̄3 etiā impfectio fidei aploꝝ
circa idem conueniens fuit ad ecclesie vtilitatem·

Discipulus

Hoc quod vltimū dicis·s·q̄ tam pfectio fidei virginis

gloriose que resurrectionē perfecte credidit sine hoc ꝙ xp̄m
videret sensibilit̄· nec etiam haberet angelicas reuelacões q̄z
imperfectio fidei discipuloꝝ qui donec xp̄m post resurrectionē
viderent non crediderūt ad ecclesie vtilitatē ꝓficiūt· Hoc per
me cōsiderare non valeo· Cum eni perfectio et impfectio ali-
cui⁹ rei se habeant ut opposita· si vnū est vtile alicui reliquū
inutile esse sibi per locū ab oppositis iudicandū est· vn̄ oportz
ꝙ vlteri⁹ michi aperias cōsideracōz tuam p̄dictam· Ma-
gister· Ad hoc quod petis vlteri⁹ declarandū oportz te at
tendere ꝙ sicut in maīfestacōe spiritus sancti p gratiaꝝ gra-
tis datarū diuersitates· deus ī ecclesia sua disposuit aliquas
diuersitates graduū seu administracionū in hoīb⁹ ad sue
ecclesie vtilitatē· Sic suo modo in manifestacōe resurrectōis
xp̄i deus disposuit ut non vniformiter facta esset omibus
sz diuersimode quod totum cedit in ecclesie utilitatē quod sic
patet· Nam de p̄mo· s· de manifestacōe spiritus sancti dicit
prima· corinth· xij· vnicuiqz aūt datur manifestacio spūs ad
utilitatē· s· ecclesie alij sermo sapiēcie· alij aūt sermo sciencie·
alij fides ꝛc̄· Consequent̄ etiam de hoc ibidē dicit· quosdā po-
suit deus· s· in ecclesia apl'os· alios ꝓphetas· alios vero docto
res ꝛ huiōi que quidē distinctiones seu distribuciones utilio
res fuerūt in ecclesia q̄z si omnes vni⁹ ꝛ eiusdē officij essent·
Sicut et in corpore aīali uel hūano utile est ut membra sint
distincta que diuersa exerceant officia q̄z si tantū vnū mem-
brum essz ut apl's p extensiū in predicto capitulo docet· Sic
suo modo senciendū est circa manifestacionē xp̄i resurgētis·
ad quod attendendū ꝙ sic̄ dionisius dicit ī libro de ce· Jerar̄·
lex diuinitus instituta talis est ut a deo immediate diuina
sup̄ioribus reuelent̄ quib⁹ mediantib⁹ deferant̄ ad inferiora
et loquit̄ de hijs que sūt supra naturā· Et quia ea que ꝑtinēt
ad futurā gloriam naturalē hoīm cognicionē excedūt· quia
quod oculus nō vidit ꝓparauit deus diligentibus se ysaie·
lxiiij· Ideo resurrectio xp̄i non omni ꝓpl'o manifestata est sz
quibusdam quoꝝ testimōio deferret̄ in alioꝝ noticiā· Juxta
illud actuū· x· dedit eum· s· xp̄m manifestū fieri· s· in resur-
rectione non omni populo sed testibus p̄ordinatis a deo· vn̄
resurrectio xp̄i discipulis et mulierib⁹ p angelū reuelata est
sicut et alia misteria diuina legunt̄ p angelos ut plurimū
reuelari· vn̄ licz de maria magdalena legit̄ Marc ultimo·

Resurgens dñs mane ꝓma sabbati apparuit primo marie magdalene· ipsa tamē antea habuit ab angelo reuelacionē de dñica resurrectione Mathei·xxviij· Discipuli etiam non eodem modo habuerūt cognicionem resurrectiōis· ut patz de Thoma qui plus alijs dubitauit Joħ·xx·capitl'o· Beata vero v̓go non ab angelo· neqȝ ab hoībus noticiam resur-rectionis legit̄ habuisse neqȝ etiam ꝑ aliqua signa sensibilia Et sic dicendū est ꝙ noticiam resurrectōis habuit imediate a deo per suā fidem ꝑfectam a deo infusā· Et sic patet ꝓmū ·s·ꝙ manifestacio resurrectōis diuersimode facta fuit diuer-sis· Scōm vero patet·s·ꝙ huiōi diuersitas manifestacionis circa resurrectionez xp̄i facta est ꝯuenienti modo· Nam hec manifestacio·s·resurrectōis xp̄i est conformis ad maīfesta-cionē suam in statu beatitudinis· nam sicut ad visionē bea-tam cōiter ꝑuenit̄ ꝑ auditū fidei· Jta ad visionē xp̄i resur-gentis ꝑueniūt hoīes per ea que ab angelis prius audierūt· Terciū patet·s·ꝙ manifestacio sic facta cedit in utilitatem ecclesie· Nam apostoli et alij discipuli fuerūt a deo ordinati ut essent ī testes resurrectōis omni ppl'o ut iam dictum est· Constat aūt ꝙ testes qui leuiter ⁊ suꝑficialit̄ aliquas res vi-dent· magis suspicari possint de leuitate testificandi q̄ȝ illi q̇ diuersimode·et ꝑticularit̄ singula scrutant̄· vñ deutro·xiij· de quodā facto quod per testes erat sciendū legit̄· querere solli-cite et diligent̄ rei veritate ꝓspecta ⁊c̄· Et·i·Joħ·ꝓmo· De apl'is gesta xp̄i testificātibꝫ dicit̄· quod auribꝫ audiuim⁹ qḋ vidimus oculis nr̄is· quod ꝑ speximus ⁊ manus nr̄e ꝯtrec-tauerunt ⁊c̄· Et iō ex incredulitate discipuloꝝ quam prius habuerunt testimonia eoꝝ postq̄ȝ fuerunt ꝯfirmati· efficacio-ra fuerunt· vñ aug̓ dicit ꝙ dubietas thome magis proficit in testificacōȝ resurrectōis q̄ȝ credulitas magdalene que cito credidit· Thomas enī dubitando vulnerū cicatrices tetigit ⁊c̄· Fuit etiam maīfestacio sic facta ad utilitatē ecclesie quia ex tarditate discipuloꝝ in credendo secutū fuit ꝙ xp̄us ape-ruit eis sensū scripturaꝝ luce xxiiij·capitl'o· Ex qua·s·sen-suum apercione secutū est ꝙ apl'i et alij discipuli·et eoꝝ veri successores scripturaꝝ sacraꝝ misteria ī suis doctrinis ⁊ pre-dicacionibus aperuerunt seu exposuerunt·

¶ Capitulū·xj· Jn quo ostenduntur quedā que ad ordinē

manifestactionis circa resurrectiõẓ xp̄i pertinent · ex quibus concludit̄ q̄ ad beatam virginē nō ptinebat mitti ad resur-rectõẓ annunciandā propter excellenciā sue dignitatis ·

Discipul⁹

Circa ista que dicis amplius vellem informari · eo q̄ p̄ma facie dicta tua non vident̄ consonare hijs que in sacra scriptura tradunt̄ · Et p̄mo in hoc quo dicis q̄ de lege dōmit⁹ istituta est ut a deo ea que sūt supnaturalia immediate supioribus reuelent̄ quibus mediantibus defe-rant̄ ad inferiores quod non videtur consonare sacris euan gelijs in manifestacōe resurrectōis xp̄i de qua nunc agim⁹ · p̄mo enim fuit manifestata resurrectio mulierib⁹ et per eas postea apl'is · Constat autem q̄ mulieres non sunt dicende apostolis supiores · Itē beata virgo ceteris sanctis est supior Vñ si ei immediate a deo fuit reuelata resurreccō xp̄i p suā fidem perfectā ut tu asseris sequit̄ q̄ per eam debuisset deferri manifestacio resurrectōnis ad apl'os et ceteros quod tamen nunq̄ẓ legit̄ · Magister · Ad p̄mū dicendū q̄ reuelacō facta mulierib⁹ de resurrectione xp̄i nō fuit ad hoc ordinata ut de ea testimoniū ferrent publice predicando · hoc enim nō ꝯuenit mulierib⁹ · Juxta illud p̄mo · Corinth · xiiij · Mulie-res in ecclesijs taceant · sẓ eis fuit manifestata resurrectio ut de ea p̄uatim et domestice apl'os instruerent quod factū fuit s̄m ambrosiū ut mulier que p̄mo miciū mortis ad om̄es de-tulit · p̄ma etiam vitam resurgentis xp̄i in gloria nūciaret in quo adeptum est femineū genus ignominie absolucionē · et maledicōis repudiū · Et in hoc etiam q̄ mulieribus p̄us fuit facta manifestacio resurrectōis q̄ẓ apostolis ostendit̄ · q̄ quantū ad statū glorie ptinet nullū detrimentū paciet̄ sex⁹ femineus · Sed si maiori caritate feruebūt maiori etiam gl'a in visione diuina pocient̄ · Et ideo mulieres que deum arcius amauerūt intantū ut ab eius sepulcro discipulis recedentib⁹ non recesserunt p̄mo viderūt deum in gloria resurgentem · quam quidē gloriā etiam apl'is ānunciauerūt · Discipl's ·

Hec responsio tua fortificat scd̄am racionē meā in qua dicebam q̄ ad beatam virginē ptinebat ceteris resurrectionē quam a deo immediate p fidē perfectā habuerat annunciare quod ex hijs que modo dicis amplius ostendit̄ · hoc ipi perti-nuisse · tum ex hoc q̄ ad ipsam solam ptinet maledicōeẓ eue

datam euacuare· Cantat enim ecclesia in ymno beate virginis· Quod eua tristis abstulit tu reddis almo germine &c· tū ex feruenciori caritate quā credit habere super ceteros nō obstante q ad sepulchrū non accessit rōnibus supdictis· vnde videtur q rōes quas allegas ad solucionē pmi dubij· scda videnf fortificare· Magister· Omnes tres rōnes tue quibus tibi videtur q ad beatā vgīnem ptinuiss3 resurrectionem dn̄icam annunciare apl'is et ceteris· solui pn̄t p vnum mediū· Ad quod scire debes q circa missiō3 angelo3 a deo ad exteriora annūcianda diuersi diuīsimode opinati sunt· fuerūt enī quidam dicentes q angeli supiores semp deo assistunt sic ut ad exteriora annūcianda nūq3 mittant· ad quod habēt aliquas auctes scripture & sancto3 que hoc videntur sonare· Quidā vero dicunt q omnes angeli tam supiores q3 inferiores de cōi lege ad exteriora nūcianda a deo mittunt· ad quod etiam habent auctes que hoc vident sonare· Sunt etiam alij qui vident quasi medij inter pdictos· dicūt enim q angeli iferiores ex officio pprio cōiter & frequent mittunt ad huiōi exteriora nūcianda s3 angeli supiores nō mittunt nisi rarissime et quasi ex dispensacōne diina put ista lacius tractant in ·ij· snia3· di ·x· Quib9 consideratis ad ppositū dicendū q bt̄a vgo tam excellentis digtatis est ut oīa excedat agmina angelo3 tam supio3 q3 inferio3· Jdcirco non pertinet ad eā mitti ad exteriora nūcianda ·esset enī quodāmodo derogatorium sue maxime dignitati· Discipul9· Non modicum miror de tua responsione predicta in qua dicis q ad supiores angelos non pertinet mitti seu frequent mitti ppt eorum magnam excellenciā· Et adhuc vlteri9 dicis q esset derogatorium dignitati beate vginis ad exteriora nūcianda mitti· quantūcūq3 enim angeli supiores pemineāt dignitatis excellencia et etiam vgo gloriosa que super omnes angelos est nunq3 adequari possūt in excellencia xpo filio dei· absit· videmus tn̄ cum hoc q ipse filius dei missus est in mūdo a deo· dicit enim apl's ad gal'· iiij· At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suum factū ex muliere et sic i alijs locis q3plurimis· quid ergo mirum est si superiores angeli & etiam ipsa vgo gloriosa a deo mittat· cum dn̄s eorum legit mitti· Et ideo magis videt tenendū cum apl'o q vniuersalit de angelis dicit· Nōne om̄s sūt administratorij spiritus in

